

Eidem D. Candido D. Parens salutem.

Recuperatis utcumq; viribus, Dei benignitate, et consilio nostro-  
 rum mutato, chartas apologeticas pro Calvino, per cujus latus  
 nostra Ecclesia nuper, ut scis, novo telo petita sunt, nunc recolligo  
 ut brevi Calvinum Orthodoxum Judaizanti oppositam, deo vo-  
 lente, habeat Ecclesia. Invidiosum est argumentum, sed ego hac  
 frabor. A fratribus Genevensibus aliquid speraveram, quibus et  
 facilior erat, et magis conveniens talis apologia. Sed dum ex-  
 pecto, D. Beza per D. Tossanum mihi significat, a me idem se  
 expectare. Expedito igitur hoc modo, ad nostrum quoq; Neopyr-  
 gium revertari, ut tandem me extricem. Tædet me tempus  
 et laborem sic perdere et servire carissimalibus semestribus.  
 His igitur semel tandem defungar, ut ad studia mea redire  
 liceat. \* \* Vale Heidelbergæ 16. Septembris 1594.

Eximio Professore Theologiae in Academia Francke-  
 rana, M. MARTINO Lydio

Salutem in Christo. Nactus hac tempore occasionem, Vir Re-  
 verende, ἀρταροδιζοῦς Germanicam, aliquid de eo ar-  
 gumento, quod movisti, continentem, tibi mitto. Vide an possis  
 ea probare, quæ de causâ reprobationis et damnationis  
 πᾶσι πᾶσι potius, quam ἀεὶ ἀεὶ πᾶσι ad vulgi captum  
 ex verbo Dei in eâ differuntur. Non impedio, quin, qui  
 volunt, suo ingenio immensam divinarum judiciorum  
 abyssum intra circulum consultationis Aristotelicæ revo-  
 cent, statuanti, neminem sine sibi proposito media ad  
 eum aliud ex aliis vestigasse, et sic homines quosdam  
 æternâ morte. prius damnare, quam eosdem condere de-  
 crevisset. Summodò mihi sit integrum de prædestinationis